sexcentesimo decimo.

Et Judicium prns capte Castren lublinen post huiusmodi condemnationem pdcti Alberti Lugowski eundemque iurevictum rebellem et iuri coni regni convenien de regno pollonie dominiisque eius subiectis bannitum et proscriptum esse vigore statuti de hoc sanciti decreuit, ministerialemque Gnatem regni Nobilem Joannem Taleski ad publicandum eiusmodi bannitionem pfati iurevicti addidit. Quiquidem mlis coram eodem iudicio psonalr stans publice recognouit decretum bannitionis suprascriptis contra pdictum Lugowski iurevictum prolatum die hodierna hic in Castro lublinen in praesentia iudicii et multorum hominum ad iudicia congregatorum alta et intelligibili voce pclamasse, eundemque Lugowski tanquam rebellem et iuri coni convenien de regno pollonie et dominiis eius subiectis bannitum esse ad noticiam hominum deduxisse.

Ostrowski Bannitus

Instigator Judicii prntis Captis Castren lublinen et Gnosa Anna de Operowo relicta consors Gnosi olim Andr Rze: czycki Succamerarii terrae lublin dellatrix actor et iurevincens pars Nobilem Erasmum Ostrowski cittone hrali Capti Castren lublinen ad baniendum et de regno pollonie dominiisque eius annexis pscriben credita citatum per mlem Gnatem regni Nobilem Joannem Taleski iuridice ad judm prns Capte Castren lublinen quatuor vicibus ultra iuris Comi formam ad instam suprascptis actoris partis vocatum et non comparentem in poena bannitionis iudlr condemnauit iuxta acta pson et Cittoni sua infrascptam tenoris huiusmodi

Joannes Firlej

Joannes Firley a Dambrowica Lublinensis et Capitaneus. Tibi Nobili
Erasmo Ostrowski olim Gaspari filio in Goscieradow sortium
suarum heredi de bonis tuis quali omnibus mandato nostro regio
et nostro ex offitio Capitanei quatenus coram nobis seu juditio nostro
Capitaneali Castrensi Lublinensi in terminis nostris juditialibus Capitaneis
Castrensibus Lublinensibus feria secunda post Dominicam Misericordie pro-
xime ventura in Castro Lublinensi cellebrandis vel ijs defficien-
tibus in proxime venturis post tempus praefixum proximis ibidem
cellebrandis. Ad instantiam Instigatoris nostri Capitaneatus Castrensis
Lublinensis Necnon dellatricis eius Generosae Annae de Oporow
relictae Consortis Generosi olim Andreae Rzeczycki Succamerarii
terrae Lublinensis et Capitanei Urzendoviensis actorum iure vincen-
tium personaliter ac peremptorie Compareas qui te quilibet illorum suo per se
Cittant pro poena bannitionis de regno Polloniae et Domi-
nijs eidem annexis proscriptionis per te succubita ideo quia
tu eorundem iure victus rei iudicatae non vis satisfacere nempe
rumationem tui de bonis tuis omnibus in villa Goscieradow
Consistentibus per Vicesgerentem nostrum ac Magnificum et Nobiles vigore
decreti officij nostri Castrensis Capitaneatus Lublinensis ex parte actorum
opposse expeditam, ac in eadem bona intromissionem in ipsorum actorum
lucrosis pertueris, poenis damnis ac vadijs triplicatis ad in-
teresse cuiuslibet eorum legittime spectantibus super te bonisque tuis omnibus
occasione non solutionis per te dellatrici praefatae summae Nonin-
gentorum quadraginta septem florenorum pecuniae pollonicalis actis
Castrensibus Radomiensibus inscriptae, tum et similibus vadij inde succu-
biti legittime obtentis et perductis latius in se et suo tenore. possessionem
per submissam personam tuam temere denegasti et non
admisisti, prout id tibi in termino futuro Comprobabitur.
Cittaris itaque ad videndum et audiendum bannitionem eandem

super te et bonis tuis omnibus atque persona tua per iu-
dicium nostrum decerni ministerialemque ad eandem iuris iuri colo-
observantiam publicandam addi et deputari, teque bani-
tum et de regno Pollonia dominiisque eius annexis pro-
scriptum per eundem ministerialem publicari et proclamari. aliaque
prout causa huiusmodi exigentia sententiam ac iure animad-
verti permissa acturus et si de iure venerit indul-
sio visurus. Datum in Castro Lublinen feria quarta post
Dnicam quadragesimalem Palmarum proxima
Anno Dni Millmo Sexcentmo Decimo.
Et Juditium praesens Capitaneale Castrense Lublinen post huiusmodi conde-
mnationem praedicti Casimiri Ostrowski eundem iure victum
rebellem et tum Coni regni Convenien de regno Pollonia
dominiisque eius subiectis bannitum et proscriptum esse vi-
gore statuti de hoc sanciti decrevit. ministerialemque generalem
regni Nobilem Joannem Zaleski ad publicandam eiusmodi
bannitionis praefati iure victi addidit. Quiquidem ministerialis
coram eodem judicio personaliter stans publice recognovit quia
decretum bannitionis suprascriptum contra praedictum Ostrow-
ski iure victum prolatum die hodierna hic in Castro Lublinen
in praesentia judicii et multorum hominum ad iudicia congre-
gatorum alta et intelligibili voce proclamavit, eundemque
Ostrowski tanquam rebellem et tum Coni Convenien
de regno Pollonia et dominiis eius subiectis bannitum esse
ad noticiam hominum deduxit.
Et in continenti coram eodem judicio personaliter stans ministerialis
generalis regni providus Andreas Kurowski de Olbiecin
offo praesenti bene notus palam recognovit quia litteras suprascriptas
feria quinta post Dnicam Conductus Paschae
proxime praeterita in Curia Citati villae Goscieradow posuit

et consti

et Consorti Citati notificavit.

Super Ługowski infamia cum publicatione.

Egiterunt judiciali termino publicandae poenae infamiae Instigator judicii castrensis lublinensis et Nobiles Joannes Thomas et Stanislaus Szadurscii dellatores actores parte contra Nobilem Albertum Ługowski Stanislai Ługowski jatcusz filium litterae brachii capitanei castrensis lublinensis Citatum juxta litterarum his verbis sonantium.

Joannes Firley de Dambrowica capitaneus lublinensis etc. Tibi Nobili Alberto filio Nobilis Stanislai Ługowski jatcusz de bonis tuis generaliter omnibus ac persona tua mandamus vigore regio et nostro capitanei ex officio ut coram nobis seu judicio nostro capitanei castrensis lublinensis in terminis judicialibus feria secunda post festum Sancti Francisci Confessoris proxime ventura in castro lublinensi cellebrandis vel ipsis deficientibus tandem in proxime venturis sedendo ad instantiam Justigoris officii nostri castrensis lublinensis tum et Nobilium Joannis Thomae et Stanislai Szadurskich fratrum germanorum succorumque legitimorum olim Nobilis Nicolai Szadurski dellatorum personaliter peremptorieque compareas qui te Citant ad publicandam poenam infamiae per decretum judicii ordinarii Tribunalis regni lublinensis in vim lucri super te ratione Nobilis olim Nicolai Szadurski fratris actorum germani occisionis decreti et hoc ratione non subjectionis in fundo turris castri lublinensis juxta decretum Tribunalis regni lublinensis ad videndumque et audiendum super te poenam eandem infamiae per ministerialem quemvis regni generalem publicari, et multis hominibus ad debitam noticiam.